



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 23. Anastasii Imperatoris Versutia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. gatis suis Epistolam ferendam commisit
 A. C. 515. ad Imperatorem datam, quæ paucis con-
 tinet easdem conditiones, quibus Eccle-
 siæ ad concordiam redeant, offertque
 Papa se ipsum ad celebrandum Conci-
 lium profecturum, ut tantum Bonum
 præstaret, quamvis Res ista sine exem-
 plo esset. Hæc Epistola eodem anno
 515. 11ma Aug. data.

ep. 5.

§. XXIII.

Anastasi Imperatoris Versutia.

p. 1432.

Anastasius Imperator, ut moras trahe-
 ret, Papæ Legatos dimisit cum Epi-
 stola, in qua profitetur, se Nestorium, &
 Eutychem damnare, atque Concilium
 Calcedonense recipere. Ubi vero de
 Acacio agitur, durum nimis ipsi videtur,
 vivos Ecclesia expellere propter mortuos,
 cum præterea sciret, id sine cædibus ef-
 fici non posse. Addit, omnia melius in
 Concilio componenda, seque Legatos
 missurum, qui Papæ voluntatis suæ pu-
 ritatem demonstrarent.

Ep ad Avit.
 p. 1446.

Ennodio promiserat, Episcopos se
 missurum, sed misit Laicos tanquam ad
 negotium minoris momenti expediend-
 dum, nempe Theopompum Comitem
 Domesticorum, id est, Prætorianorum
 Ducem, & Severianum Comitem Con-
 sistorii, id est, Imperatori a Consiliis pu-
 blicis. Nec eos prius misit, quam me-
 dia

dia pars anni sequentis præteriisset, nam in excusationem obtendebat hyemis rigorem, & longum iter. Id videmus ex Epistola ad Papam, quam eis ferendam tradidit, 17. Kal. Aug. Petro Consule, id est, 16. Jul. 516. Epistolam alteram eis commisit ad Senatum Romanum, quem rogat, ut Regem Theodoricum, & Papam ad procurandam Ecclesiæ Pacem hortetur. Senatus datis litteris Imperatori respondit, Pontifici Pacem unice in votis esse, eam vero sperari non posse, quamdiu nomen Acacii non deleteretur. Papa, omissa de Acacio mentione, idem ferme respondit, nec opus sibi esse Senatorum hortatu, quippe se sponte ad pedes Imperatoris prostratum Pacem Ecclesiæ enixe orare.

Sæculum VI.
A. C. 516.

p. 1439.
1437.

ep. 6.

§. XXIV.

Episcopi Illyrici Papæ consentiunt.

Eodem tempore, quo Ennodius, Fortunatus, & ceteri Papæ Legati Constantinopoli versabantur, aliqui Episcopi Catholici ex Illyrico etiam aderant. Anastasius Imperator quatuor eorum præcipuos Laurentium Lignidanum, Alcysonem Nicopolitanum, Gajanum Naissenum, & Evangelium Paulitalensem ad se adduci iussit, & ad Exilium damnavit. Alcyson relicto Schismate redierat ad Communionem Ecclesiæ Romanæ, & Fidem

Epist. Syn. to. 4. Conc. p. 1440. Marcell. Chr. an. 516. Hormisd. ep. 18. ap. Evagr. III. c. 31.